



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

35. Xenophon.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

minentem declinare nubem, quam rapido sor-  
rente abripi.

Dinarchus.

## CAPUT XXXIII.

**S**Vperioribus orate junior Dinarchus cha-  
racterem habet orationis ciuilem, perspicu-  
um, probabilem, & in eo quidem spiritus ve-  
hemens, & asper in sensibus, atque methodo:  
in dictione minus habet vehementer, & grauita-  
tis. Videtur tamen se ad Demosthenis dictio-  
nem informare: quanquam inflatus est, & magis  
fusus, ex quo illi non inurbane nonnulli κρι-  
σιν Δημοσθένη, Hordearium Demosthenem  
nominarunt. Extant eius tres orationes in A-  
ristogitonē, Philoclem & Demosthenem, quē  
Iosephōs vehementer accusat, sed ut alius An-  
tipater, est καλομόσαι, clamans ex calamo,  
caim ista pronuntiavit, sed scripsit, cūm vnam  
tantum causulam egiſe reperiatur. In perora-  
tione κατά Δημοσθένη exemplum affert Arthe-  
mij Zelitz, qui publica infamia noratus fue-  
rit, quod aurum a Medis accepisset, hoc ipsum  
habet Demosthenes. Vterque pro virili ampli-  
ficat, sed quam Demosthenes in eo sit grauior,  
cuius licet agnoscere.

Hermog.  
wisi 1. iuv.  
Alter Dio-  
nys Halicar  
nassus in  
Dinarchos.  
Διάντο γένετο, καὶ ἀ-  
χρήματος Ιενα  
δημοσθένη. I  
κείτε τὸ ε-  
λαττὸν τῆς  
εὐκομομίας.

Demades.

## CAPUT XXXIV.

**I**Nter veteres quoque, & Atticos oratores  
enumeratur Demades, qui primus, ut arbi-  
tror ex natura factus est orator, ex quo & nau-  
ticos sales in forum transtulit, ut notar Cicero  
in Oratore Ex Atticis nō omnes faceti, Lyrias  
satis, & Hyperides. Demades præter ceteros  
fertur. A Suida πατέρη, & ιδρυτὴ dicitur,  
quod Atheniensium tempub. Philippo magna  
mercede proderet. At in oratione περὶ δωδε-  
κατης satis grauiter se excusans, ait, τὸ περι-  
μάχητον καὶ θαυμαζόμενον ὑπὸ πάντων ἄστον,  
βοῶντος προσέξτων θεατῶν ἐπαντίει, καὶ τὸ βοτ-  
κημένων τεπληθήτ, οὐγένειαν τοῦδε μόδεν ἔντε-  
πτον. Εἰρηνὰ τοῖνυν εἶντιν, διολογῶντος φημι,  
καὶ λόγος καὶ συμφερότατος πεπονικέντος τέτο.  
Κρεπῆνος γέροντερχόμενον ἐκκλησίαν τὸ νέφος,  
τοφερούμενος σωματενεχθῆναν τῷ πῦνατι;  
Quod ultimum etiam acutum. Satius esse im-

Xenophon.

## CAPUT XXXV.

**X**enophontem verò, quis satis laudarit, nisi  
hic corpore speciosus, monte sublimis, animo  
generosus, magis bellator, præstans histori-  
cus, suavis orator, non ignava opera Philoſo-  
phus. De quo præclarè Eunapius: Ξενοφῶν ὁ Ευναπός  
φιλόσοφος ἀνὴρ μοίσας κομίσας τὰ μὲν ἐπὶ λό-  
γοις, ἵστηται καὶ γράμμασιν καὶ θεάτροις ἀρ-  
τεῖται γράφει, τὰ δὲ πρᾶξιν τετέλεσε, καὶ λα-  
χαὶ ἐγένετο σπατηγός τοῖς ὑπορινατινοῖς. Ξε-  
nophon philosophus, qui vir solus ex omni  
philosophorum numero, cum scriptis, tum fa-  
ctis sapientiae studium expressit, moralē vir-  
tutē libris, commentarijque consignauit. I-  
dem in rebus gerendis facile præstantissimus  
dux, præcundo exemplis Duces, & Imperato-  
res genuit. Talis igitur in rebus. In stylo mel-  
le dulcior est, à forensi strepitu remotissimus,  
ut qui minus vehemens sit, & illum impetum  
oratoris non habeat. A Diony. Halicarnass. iu-  
dicatur καθαρὸς τοῖς ὄνομασι, σαφὺς καὶ εὐ-  
ρήκη τὸν σύνθετον ἡδὺς, καὶ εὐχαριστί-  
pus in delectu verborum, idemque clarus, &  
perspicuus, in compositione graciolus, & sua-  
nis supra ipsum Herodotum: itaque vulgo e-  
ius ore loqui musae dicebantur, quin & ipse  
musica Attica nominatus est. Cerrè eius incun-  
ditas est in affectata, sed quam nulla affectatio  
consequi possit, ut ipsæ sermonem gracie fin-  
xisse videantur. Unum reprehenditur a Dio-  
nyso, quod aliquando decori oblitus, barbaris  
philosophicos sermones tribuat, sed hoc ex fa-  
stu Graeco dixit Criticus, quasi solos Gracos  
philosophia deceat, & non apud Quintū Cur-  
tium melius aliquando philosophentur Scy-  
tha, quam Gracorum quilibet, aut apud Plu-  
tarachum in Apophth. Persarum Reges magna o-  
mnis dignitate, & sapientia non sint excul-  
piti. Deest illi in historia splendor, maiestas, & τοξικός  
suauius conformatio Herodoti, quam, & si ali-  
volum inspirans, de repente quasi altanus  
ventus languescit, & extin-  
guitur.

C. 3

Carnass in

epistola ad

Cn. Pompe.